

et dominans super illud habet effectum non solum secundum coniunctionem sui ad alterum, sed etiam per se absolute, in quantum non dependet ad illud cui unitur; sicut patet in igne candelae, cuius lumen extenditur ultra ascensionem vaporis, et calefactionem. Unde quaedam vires ab anima provenire possunt quae sunt corporis actus, et quaedam sunt ab organis corporalibus absolute; quamvis enim essentia animae corpori unitatur ut forma, non tamen sicut forma materialis non habens esse absolute in quo subsistere possit.

ARTICULUS V.

Utrum anima humana tali corpori debuerit uniri.
(1 p., qu. 76, art. 3; et 2 cont. Genit., cap. 71.)

Ad quintum sic proceditur. 1. Videtur quod tali corpori uniri non debuit. Cum enim forma proportionetur materiae, nobilissimae formae debetur nobilissimum corpus. Ergo videtur quod corpori caelesti debeat uniri anima, quae est nobilissima formarum.

2. Praeterea, simplici formae magis proportionatur corpus simplex quam compositum. Sed anima est simplicissima formarum. Ergo non debet uniri composito, sed simplici.

3. Praeterea, corpus organicum est magis difforme quam corpus homogeneum. Sed anima est simplicissimus motor. Ergo corpus cui unitur sicut mobilis, debet esse homogeneum, et non organicum.

4. Praeterea, quanto corpus est subtilius, tanto magis accedit ad nobilitatem formae et continentis. Sed igitur est subtilissimum corpus; unde in 2 de Generatione dicitur, quod habet plus de specie. Ergo videtur quod ad minus secundum praedominium igitur debeat esse in corpore animato; cuius contrarium ostendit motus gravis quem habet; unumquodque enim movetur motu praedominantis in ipso, ut in 1 de Caelo et Mondo dicitur.

Sed contra est quod dicitur Genes. 2, 7: *For-mavit Deus hominem de limo terrae. Et hoc etiam ad simum videntur.*

SORIO. Respondeo dicendum, quod oportuit talen formam, scilicet animam rationalem, corpori bene complexionem uniri: cuius rationem assignat Avicenna (de Intelligentiis, cap. 10, part. 2 et deinceps) dicens, quod oportet ordinem perfectibilium esse secundum ordinem perfectionis. Inter omnes autem perfectiones illa est nobilissima quae mouet caelum, cui inter omnes alias perfectiones maxime anima rationalis assimilatur: et ideo corpus oportet quod sit simillimum caelo. De nobilitate autem corporis caelestis est, quod non habet contrarium; unde quanto plus corpus separatur a contrarietate, similius caelo efficitur. Hoc autem non potest esse in generabilibus et corruptibilibus hoc modo quod a contrariis omnimode absolvantur, scilicet calido et frigido, (1) per hoc quod convenienter (2) ad medium, quia medium neutrum extremorum est actu; et ideo illud corpus quod venit ad maximum aequalitatem mixtionis, est simillimum caelo; et tale corpus debet esse corpus humanum; et inde est quod dicitur 2 de Anima (text. 94) quod homo

habet meliorem tactum ceteris animalibus; et quanto est melior tactus, tanto est melioris intellectus, quia subtilitas tactus sequitur aequalitatem complexionis. Instrumentum enim tactus debet esse in potentia respectu suorum sensibilium sicut medium et non privatio, sicut pupilla est potentia album et nigrum, ut in eodem libro (text. 119) dicitur.

Ad primum ergo dicendum, quod corpus caeleste est nobilis quam corpus humanum, et perfectio sua est nobilior quam anima humana. Sed sicut dicit Commentator, in lib. 1 de substantia Orbis (cap. 2), corpus caeleste non est generabile neque corruptibile sicut corpus humanum; et ideo non indiget perfectione terminante ipsum sensificando et vegetando, sed qua moveat ipsum in loco: et quaecumque sit virtus illa, sive Deus sive Angelus, est superior in natura quam anima humana, quae est motor corporis humani; et corpora caeli quam corpora corporis humani.

Ad secundum dicendum, quod corpora simplicia maxime removentur a similitudine caeli, in quantum in eorum natura est habere contrarium cum intentione, et ideo corpori tali anima rationalis uniri non debuit.

Ad tertium dicendum, quod anima rationalis quamvis sit simplex in essentia, tamen est multiplex in potentis et operationibus: et ideo oportet quod corpus suum multa habeat organa ad diversas operationes aptas; et propter hoc natura dedit homini manus, quibus plurimas operationes facere potest; et propter hoc etiam quanto anima est minus nobilis, requirit minorem diversitatem in organis, sicut patet in plantis et in animalibus annulis.

Ad quartum dicendum, quod elementa quanto plus habent de specie et de qualitatibus activis, tanto plus habent de virtute agendi: unde non posset fieri adaequatio, nisi de elemento magis materiali esset plus secundum quantitatem vel materialiter. Ideo oportet corpus humanum secundum quantitatem habere plus de terrestri, quamvis non secundum qualitatem, quia in corpore vivo dominatur calidum: unde in libris de Anima dicitur, quod nihil est sensitivum sine calore, et quod calor igitur est instrumentum animae. Et quia gravitas et levitas, quae sunt principia motus localis, consequuntur quantitatem materiae, ideo motus gravis appetit in corpore humano.

Expositio textus.

Plato namque tria initia existimavit. Scien-dum, quod in hoc Plato erravit, quia posuit for-man exemplares per se subsistentes extra intellectum divinum, et neque ipsas neque materiam a Deo esse habere.

Aristoteles vero duo principia dixit. Videtur imperfekte tangere positionem ejus: quia ipse posuit tria principia, in 1 Phys., materiam, formam, et priuationem.

Praeterea, ipse posuit non solum causam efficiem exemplarem, quae intelligitur per principium operatorium, sed etiam causam finalem.

Praeterea, secundum ipsum, forma et agens et finis incident in idem, ut in 2 Phys. (text. 70) dicit; et ita videtur tantum duo principia posuisse.

Ad quod dicendum, quod Aristoteles non erravit in ponendo plura principia: quia posuit esse

(1) *Al.* scilicet per hoc.
(2) *Al.* inveniunt.

omnium tantum a primo principio dependere; et etiam reliquo unum esse primum principium. Erravit autem in positione aeternitatis mundi.

Ad primum ergo dicendum, quod privatio ab eo non ponitur per se principium, sed per accidentem; nec in esse rei, sed in fieri tantum.

Ad aliud dicendum, quod secundum ipsum, primum principium agens et ultimus finis reducuntur in idem numero, ut patet in 12 Metaph. (text. 37): ubi ponit quod primum principium movens mouet ut desideratum ab omnibus. Forma autem quae est pars rei non ponitur ab eo in idem numero incidere eum agentem, sed in idem species vel similitudine: ex quo sequitur quod sit unum principium primum extra rem, quod est agens et exemplar et finis; et duo quae sunt partes rei,

scilicet forma et materia, quae ab illo primo principio producentur.

(1) *Intelligendo amaret.* Hie ponit quatuor, quae se secundum ordinem habent. Intellectus enim secundum apprehensionem boni gignit amorem, amor autem unit amato, et quodammodo illud suum esse facit possidente. Et ex hac conjunctione sequitur delectatio quae perfect rationem fruitionis. Cetera ex predictis manifesta sunt.

(1) *Quae sequuntur, quæstione 2 art. 5, post responsionem ad quærum confuse ponebantur in editionibus quæ vidimus omnes, præter Parisiensem a Nicolai curatam, in qua separatis habetur cum hoc titulo, Appendix ad expositionem textus, quæ superioris præmissa est, scilicet immediate post Magistri textum, ut in illa editione semper fit.*

DISTINCTIONE II.

Quae consideranda sunt de Angolis.

De angelica itaque natura hæc primo consideranda sunt, quando creata fuert, et ubi, et quæ facta sit, dum primo conderetur. Deinde quæsita est si aversione quorundam, et conversione quorundam. Ex excellenti quoque et ordinibus et donorū differentia, et de officiis ac nominibus aliquæ pluribus aliqua dicenda sunt.

Quando facti sunt Angeli prius dicit:
in quo videntur sibi obviare auctoritates.

Quaedam auctoritates innovere videntur quod ante omnem creaturam creata est sapientia. Unde illud (Eccl. 1, 4): « Primo omnium creata est sapientia; » quod intelligitur de angelica natura, quae in Scriptura saepè vita, sapientia et lux dicitur. Nam sapientia illa quae Deus est, creata non est: Filius enim sapientia Patris est genita, non facta, nec creata et iota Trinitas una sapientia est, quae non facta nec creata est, nec genita nec procedens. De angelica ergo vita illud accipendum est, de qua dicit Scriptura quando facta est, scilicet primo omnium, sed rursus alia Scriptura dicit (Gen. 1, 4): « In principio creavit Deus caelum et terram; » et in Prophetâ (Psalms. 101, 16) « Initio tu » Domini terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt in eis. Et videtur quaedam contrarie oriri ex assertoriibus istis. Nam si primo omnium creata est sapientia, omnia post ipsam facta videntur; et ita post ipsum facta videntur et terra, et ipsa facta ante caelum et terram. Iturum si in principio creavit Deus caelum et terram; nihil factum est ante caelum et terram. Ergo nec ipsa sapientia facta est ante caelum et terram. Cum ergo hæc contraria videantur, ne in divina Scriptura fas sit sentire aliquod esse contrarie, requiramus intelligentiam veritatis.

Quid sit tenendum docet, præmissas auctoritates determinando.

Videtur itaque hoc esse tenendum, quod simul creata est spiritualis creatura, id est angelica et corporalis; secundum quod potest accipi illud Salomonis (1) (Eccl. 18, 4) « Qui vivit in aeternum, creavit omnia simul, » id est spiritualis et corporalis naturam; et ita non prima tempore creati sunt Angeli quam illa corporalis materia quatuor elementorum; et tamen primo omnium creata est sapientia: quia etsi tempore non præcedit, præcedit tamen dignitate.

(1) Non quod Salomon ipse hujus libri Auctor sit, sed quod ex eius dictis vel sententiis concinnatus a Jesu Sirach vero auctore, ut ex prologo patet: unde *Sapientia Sirach* juxta Graecam inscriptionem appellatur, etsi nomine Salomonis multi veterum insignire non dubitamus proper sententiam similitudinem, ut Augustinus lib. 2 de Doct. cl. 8. cap. 8 insinuat.

S. Th. Opera omnia. V. 6.

Quod simul creata fuerit corporalis et spiritualis creatura.

Quod autem simul creata fuerit spiritualis corporalis creatura, Augustinus super Genes. (lib. 1 cap. 5), aperte ostendit, dicens, per caelum et terram, spiritualiter corporalemque creaturam intelligi: et hæc creata sunt in principio, scilicet temporis, vel in principio, quæ primo facta sunt.

Quod nihil factum est ante caelum et terram, nec etiam tempus: cum tempore enim creata sunt; sed non ex tempore.

Ante ea enim nihil factum est, nec etiam tempus factum est ante spiritualem, scilicet angelicam, naturam, et ante corporalem, scilicet materialiam illam quatuor elementorum conflausam. Illa enim cum tempore creata sunt, nec ex tempore nec in tempore, sicut nec tempus in tempore creatum est, quia non fuit tempus antequam esset caelum et terra. Unde Augustinus in lib. 3 de Trinit. (cap. 16) dicit, quod Deus fuit Dominus antequam esset tempus, et non in tempore coepit esse Dominus: quia Dominus fuit temporis, quando esse coepit tempus; nec utique tempus coepit esse in tempore, quia non erat tempus antequam inciperet tempus.

Quod simul cum tempore et cum mundo coepit corporalis et spiritualis creatura.

Similis ergo cum tempore facta est corporalis et spiritualis creatura, et simul cum mundo, nec fuit ante angelica creatura quam mundus; quia, ut Augustinus ait (super Gen. ad lib. 1, cap. 19), nulla creatura est ante saecula, sed a saeculis, cum quibus coepit. Hieronymus tamen super Epistolam ad Titum (cap. 1, vers. 2), aliud videtur sentire, dicens: « Sex milia secundum nostri temporis implentur annos; et quantas prius aeternitates, quanta tempora, quanta saeculorum origines fuisse arbitrandum est, in quibus annis Angeli, Taroni, Dominationes, certique ordines servient. » Vierint Deo absque temporis vicibus atque mensuris, et Deo jubente subsisterent! His verbis quidam adhaerentes, discerunt, cum mundo coepisse tempus saeculare, sed ante mundum extilisse tempus aeternum sine mutabilitate: et ita immutabiliter et intertemporaliter astrinxunt Angelos Deo jubente subsistere, eisque servisse. Nos autem quod prius dictum est, pro captio intelligentiae nostrae magis approbamus, salva tamen reverentia secretorum, in quibus nihil tenere asservandum est. Et illud Hieronymum dixisse non ita sentiendo, sed aliorum opinionem referendo, arbitramur.

Utrum Angeli max. creati fuerint in empyre, scilicet quod statim ut factum est, Angelis fuit repletum.

Jam ostensum est, quando creata fuerit angelica natura: nunc autem attendendum (1) est ubi facta fuerit. Testimonio quorundam auctoritatum evidenter monstratur Angelos ante

(1) *Al.* nec attendendum.

casum fuisse in caelo; et inde corruisse quosdam propter superbiam; alias vero qui non peccaverunt, illuc persistit. Unde Dominus in Evangelio (Luc. 10, 18) ait: a Videbam satanum sicut fulgor cadente de caelo. Nec appellatur hic caelum firmamentum quod secunda die factum est, sed caelum splendidum, quod dicitur empyreum, scilicet igneum, a splendori, non a calore; quod statim factum repletum est, sed ex quod est supra firmamentum; et illud empyreum quidam expostrors sacrae Scripturae, nomine caeli intelligi voluit, ubi Scriptura dicit (Gen. 1, 1): In principio creavit vit Deus caelum et terram. Et Caelum, inquit Sibaribus, non visibile firmamentum hic appellat, sed empyreum, id est igneum, vel intellectuale, quod non ab ardore sed a splendorie dicitur; quod statim factum repletum est Angelis; unde Job (58, 4 et 7): Ubi eras ... cum me laudarent astra matutina et jubarent omnes filii Dei? Et hoc quoque Beda ita (super Gen.) ait: Hoc superiorum cœli, quod a voluntate mundi seruatum est, mox ut creatum est, sanctis Angelis implutum est quos in principio cum caelis et terra conditis testator Dominus dicens: Ubi eras cum me laudarent astra matutina, et jubarent omnes filii Dei? Astra matutina et filios Dei coesum Angelos vocat. Caelum enim in qua posita sunt lumina, non in principio, sed secunda die factum est. Ex his liquet quod in empyreio omnes Angeli fuerunt ante quorundam ruinationem simulque creati sunt Angeli cum caelo empyreio, et cum informi materia omnium corporalium.

Divisio textus.

Hic Magister incipit determinare de creaturis in speciali quantum ad considerationem theologi pertinet; et dividitur in tres partes: in prima determinat de creatura pure spirituali; in secunda de creature pure corporali; 12 dist., ibi: Hae de angelicae nature conditione dicta sufficiant; in tercia de creatura ex utraque composita, 16 dist.: His excursus, que supra de creatione hominis praecepsimus, effectui mancipare, atque ordine explanare vane suspicimus. Prima in tres: in prima determinat de Angelorum creatione; in secunda de separatione per aversionem et conversionem, 3 dist., ibi: Post haec, consideratio adducit inquirere, quales effecti sint, dum dividenter aversione et conversione; in tercia determinat de honorum dignitate, 9 dist., ibi: Post praedicta superest cognoscere de ordinibus Angelorum quid Scriptura tradat. Prima in duas: in prima determinat de creatione Angelorum, quantum ad illud quod adjacet eis quasi mensura; in secunda determinat de conditione ipsorum erectorum, 5 dist., ibi: Ecce ostensum est ubi Angeli fuerint mox ut ercent sunt. Prima dividitur in duas: in prima ostendit quando creati sunt Angeli; in secunda ubi ercent sunt, ibi: Jam ostensum est quando creata fuerit angelica natura. In prima dicit de quo est intentio: in secunda prosequitur questionem, ibi: Quaedam auctoritates videntur innovere quod ante omnem creaturam creati sunt Angeli. Et circa hoc duo facit: primo movet questionem, ponendo rationes ad utramque partem; secundo determinat eam, ibi: Videtur utique hoc esse tenendum. Et circa hoc tria facit: primo determinat questionem; secundo determinationem confirmat, ibi: Quod autem simul creata fuerit corporalis spiritualisque creatura, Au-

Quod simul creata est visibilium rerum materia et invisibilium natura, et utrum informis secundum aliquid, et formata secundum aliquid.

Simul ergo visibilium rerum materia et invisibilium natura condita est; et utrumque informis fuit secundum aliquid, et formata secundum aliquid. Sic enim corporalium materia confusa et permixta, quae secundum Graecos dicta est, in illo exordio conditionis primariae et formam confusions habuit, et non habuit formam distinctionis et distinctionis, donec postea formaretur, atque distinctas reciperet species; ita spiritualis et angelica natura in sua conditione secundum naturae suae habitum formata fuit; et tamen illam quam postea per anorem et conversionem ad Creatorem suum aprobata erat, formam non habuit, sed era informis sine illa. Unde Augustinus (lib. 4 sup. Gen. cap. 4), multipliciter expponens praemissa verba Genesis: a In principio et creavit Deus caelum et terram, et per caelum dicit intelligi informem naturam spiritualis vitae, sicut in se potest extere non conversa ad Creatorem in quo formatur; per terram, corporalem materiam sive omni qualitate, quae appetat in materia formata.

Quomodo dicat Lucifer secundum Isam: Ascendam in caelum etc. cum essem in caelo.

Hie quereri solet, si in caelo empyreio fuerunt Angeli statim ubi facti sunt; quomodo, ut legitur in Isaia (cap. 14, 5), dicit Lucifer: Ascendam in caelum, et exaltabo somnum meum, et ero similis Altissimo? Sed ibi caelum vocat Dei celstitudinem, cui sacrificari volebat. Et est tale, Ascendam in caelum, id est ad aequalitatem Dei.

gustinus ... aperte ostendit; tertio objecta in contrarium solvit, ibi: Hieronymus super Epistolam ad Tatum aliud videtur sentire.

Jam ostensum est quando creata fuerit angelica natura. Hie determinat ubi creati sunt Angeli: et primo ostendit quod in caelo empyreio; secundo epilogat ea quae dixerat, ibi: Simul ergo visibilium rerum materia et invisibilium natura condita est; tertio objectum in contrarium solvit, ibi: Hie querri solet, si in caelo empyreio fuerunt Angeli statim ubi facti sunt.

QUAESTIO 1.

Hic est duplex quaestio. Prima de aeo, quod durationem Angeli mensurat. Secunda de caelo empyreio, qui locus Angelorum dicitur.

Circa primum tria, quareruntur: 1.º utrum aevum ab aeternitate vel tempore differat; 2.º utrum sit unum tantum aevum; 3.º utrum aevum mensurans durationem Angeli ante tempus incepit.

ARTICULUS PRIMUS.

Urum aevum sit idem quod aeternitas.
(1 p., quæst. 10, art. 4.)

Ad primum sic proceditur. 1. Videtur quod aevum sit idem quod aeternitas. Sieut enim dicitur in libro de Causis (propos. 2), intelligentia per se aeternitatem. Non autem nisi sit mensuratum mensurae. Cum ergo mensura angelicae durationis ponatur aevum; videtur quod sit idem aeternitas.

2. Praeterea, sicut se habent mensurata, ita et mensurata. Sed Angelus non est causa temporalium rerum. Ergo nec mensura durationis ejus causa

erit temporis, sed tantum mensura durationis creationis, quae est aeternitas. Sed aevum est causa temporis, sicut dicit Boetius de Consolat. (lib. 5, metr. 9):

Qui tempus ab aeo
Ire jubes.

Ergo aevum est aeternitas.

3. Praeterea, sicut se habent mobilia ad invicem in successione, ita se habent immobilia ad invicem in immobilitate. Sed omnium mobilium est una mensura successiva, scilicet tempus. Ergo et omnium immobilium est mensura una, scilicet aeternitas.

4. Sed contra, videtur quod aevum sit idem quod tempus. Quia; secundum Augustinum (lib. 8 sup. Gen. ad litter. cap. 26), Deus movet spiritualem creaturam per tempus. Sed talis creaturam mensura ponitur aevum. Ergo aevum et tempus idem sunt.

5. Praeterea, omnis mensura durationis creaturæ est divisibilis. Sed partes durationis non sunt simul. Ergo eum aevum sit mensura durationis creaturæ, videtur quod in eo sit successio. Sed haec est ratio temporis. Ergo videtur quod tempus et aevum sint idem.

6. Praeterea, nullum creatum est actu infinitum. Sed Angelus in infinitum durabit, quia nunquam corrumperetur. Ergo sua duratio non est tota simus; et si idem quod prius.

7. Praeterea, omne illud cuius duratio est tota simus, non differt in eo esse et fuisse. Sed illud quod fuit, non potest intelligi non fuisse. Ergo non potest intelligi Angelum non esse, nec Deus potest hoc facere; quod est falsum. Ergo duratio Angelii non est tota simul.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod aevum ponitur mensura media inter tempus et aeternitatem.

De distinctione autem temporis ab aeo est triplex opinio. Quidam enim dicunt, quod idem est nunc aeti et temporis secundum essentiam, sed differunt secundum rationem: quia nunc temporis mensuratur ipsum mobile inquantum est in motu; eo quod sicut se habet tempus ad motum, ita se habet nunc temporis ad mobile, ut dicitur in 4 Phys. (text. 114): sed nunc aeti mensuratur substantiam ipsius primi mobilis prout in se consideratur; et si tempus et aevum differunt tantum ratione: tamen aevum mensuratur non tantum substantia caeli sed etiam Angelii. Sed hoc non potest stare: quia duratio respecti esse in actu; non est autem idem actus ne eius rationis esse caeli quod mensuratur tempore, et moveri ipsius quod mensuratur tempore; et idem secundum rem tempus et aevum differunt, cum diversorum generum sint diverse mensurae, ut ex 10 Metaph. (text. 4) patet.

Ideo alii concedentes, dixerunt, quod aevum est mensura rei permanente createe, sed tempus est mensura rei motae; et tamen in aeo est prius et posterius sicut in tempore, sed differunt, quia in tempore est prius et posterius cum innovatione, in aeo autem est sine innovatione et in veneratione. Hoc autem nihil videtur dici: quia unicum est prius et posterius, oportet intelligere partem priorem et posteriorem, et in nulla duratione partes priores et posteriores sunt simul; unde oportet quod quando est prius non sit posterius; et idem oportet posterius de novo adventus, cum prius non fuerit. Exemplum etiam quod ponunt, falsum sup-

ponit: dicunt enim, quod sicut invenitur fluxus alienus ab alio continuus cum innovatione, eo quod semper aliud et aliud est quod fluit, sicut in exitu rivi a fonte; ita etiam invenitur fluxus continuus sine innovatione, sicut exitus radii a sole, qui semper est idem. Sed hoc non est verum: quia in exitu radii sole non attenditur prius et posterius per se: quia illuminatio non est motus et non est in tempore nisi per posterius, eo quod omne quod illuminatur, reducitur in quendam motum sicut in causam, in quo est innovatio situs; sicut in motum corporis illuminantis, quod illuminat dum super terram moveret. Esse autem Angelii non reducitur in innovationem alienius motus sicut in causam, nee in se innovatur, quia nihil fit quod prius non esset. Ergo impossibile est quod aliquo modo sit prius et posterius.

Et ideo dicendum, quod tempus estimur habens prius et posterius; aevum autem non habens; oportet enim rationem mensuræ ex mensuratur accipere. Esse autem Angelii, quod aeo mensuratur, est indivisibilis variatione carens, et ideo aevum prius et posterius non habet; sed motus qui tempore mensuratur, successione quadam perficitur; et ideo in tempore invenitur prius et posterius. Differt autem aevum ab aeternitate, sicut et esse Angelii ab esse divino, in duabus. Primo, quia esse divinum est per se stans, quia est id quod est; in Angelo autem est aliud esse et aliud quod est (1). Secundo, quia esse Angelii est ab alio, et non esse (2) divinum; unde patet quod sicut esse Angelii est quedam participatio divini esse, ita etiam aevum est quedam participatio aeternitatis; et propter hoc doctores parum loquuntur de differencia aeti et aeternitatis; unde Dionysius indiferenter utroque utitur.

Et per hoc patet responsio ad primum: quia aeternitas ibi sumitur pro aeternitate participata, quae est aevum; et Deus dicitur esse supra aeternitatem, sicut supra ens, et supra omne quod nominatur.

Et similiter dicendum est ad secundum, quod aevum sumitur ibi pro aeternitate. Si tamen sumatur secundum quod differt ab aeternitate, sic dicitur tempus ab aeo fluere non effective, sed exemplariter: quia digniora in entibus sunt quodammodo exemplaria inferiorum, inquantum magis accidunt ad primum exemplar; et ita aevum est exemplar temporis, inquantum aeternitati similius est.

Ad tertium dicendum, quod motus univocatur ad minus in intentione generis; et ideo omnibus motibus ordinatis ad invicem, potest una mensura respondere. Sed nullum esse creatum univocatur cum esse inrete; et ideo oportet ponere duas mensuras.

Ad quartum dicendum, quod Angelus potest considerari duplice. Vel quantum ad suum esse quod est sine vicissitudine, et sic mensuratur aeo; vel quantum ad operationem, et sic etiam quantum ad aliquam operationem aeo mensuratur, prout scilicet intuetur res in Verbo, quia sic in ejus operatione non est vicissitudine aliqua; sed secundum aliam operationem, in qua est vicissitudine, mensuratur tempore, secundum scilicet quod intuetur

(1) Ali. et aliquod quod est.

(2) Ali. est.

res per plures species quae sunt apud ipsum. Hoc autem tempus est aliud a tempore quod mensuratur motum primi mobilis, eo quod ista vicissitudine non ordinatur ad illam, nec istud tempus est continuum, sed numerus discretus vicissitudinis non continuae: continuitas enim accedit temporis ex parte motus numerati, et non secundum formam suam qua numerus est, ut dicit Commentator, in 4 Physic. (text. 99).

Ab Quintum dicendum, quod omnis divisio durationis accedit ex motu per quem fit successio prioris et posterioris, et ideo tempus est mensura per modum numeri. Sed aevum et aeternitas mensurant actu, in quo non accedit renovatio per motum; et ideo sunt indivisibles mensurae per modum unitatis; sicut enim tempus est numerus prioris et posterioris in motu, ita etiam et aevum est unitas permanentiae actus qui est esse vel operatio creari, et similiter aeternitas inereat.

Ad sextum dicendum, quod esse Angelum non est infinitum privative per modum quanti, quia indivisible est, cuius infinitum non potest esse in actu; sed est infinitum negative, non simpliciter, sed respectu aliquius finis qui est terminus durationis quam non habet.

Ad septimum dicendum, quod potest Deus facere Angelum non esse: quia sicut non potuit per se incipere, ita nec durare, nisi voluntate ejus; et similiter potest intelligi non esse, ex quod sua quidditas non est suum esse. Nec tamen potest facere ut simul sit et non sit: nec hoc potest intelligi; et sic non potest facere ipsum non fuisse, quia haec possibilis diversificatur ab illa, ut in 1 lib. distinct. 45, dictum est et ideo objectio ista non est ad propositum,

ARTICULUS II.

*Utrum aevum sit tantum unum.
(1 p. quæst. 10. art. 6.)*

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur quod aevum non sit tantum unum. Sicut enim tempus est numerus motus, ita et aevum videtur esse unitas contracta vel determinata ad rem aliquam. Sed talis unitas multiplicatur ad multiplicationem eorum quibus convenit esse unum. Ergo non est tantum unum aevum.

2. Praeterea, corporalium et incorporalium, cum sint diversorum generum, non est mensura una. Sed aevum mensuratur quadam corpora, sicut substantia caelorum. Ergo videtur, cum etiam quadam spiritualia mensurantur aeo, quod aevum non sit unum.

3. Praeterea, omnium motuum quorum est tempus unum, est reductio in unum motum sicut in causam. Sed Angeli non reducuntur in unum Angelum (1) sicut in causam. Ergo non mensurant uno aeo.

4. Praeterea, quocumque Angelo remoto, nihil minus remanebit esse aliorum Angelorum aeo mensuratum. Sed quaecumque ita se habent quod remoto uno remaneat alterum, non dependet ad invicem. Ergo videtur quod aevum unius Angeli non dependet aevum alterius, et sic non est omnium unum aevum.

(1) Nicolai omittit Angelum.

3. Praeterea, si mensuratur per unum aevum, hoc non est nisi per aevum quod est mensura esse primi Angelii. Sed, ut infra dicitur, Angelus qui corruit, inter omnes maior fuit. Ergo videtur quod esse omnium bonorum Angelorum mensuratur ad aevum daemonis, quod est absurdum. Ergo videtur quod non sit tantum unum aevum.

Sed contra, medium habet naturam extremorum. Sed aevum medium est inter aeternitatem et tempus; aeternitas autem est una, et similiter tempus. Ergo aevum est unum.

Praeterea, hoc etiam videtur per hoc quod aevum est simplicius quam tempus, et ita magis aevum.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod ponendo unitatem aevi, oportet eam investigare ad similitudinem temporis: cujus causa tripliciter assignatur.

Quidam enim dicunt, quod tempus est numerus motus; unde sicut idem est denarius quo numerantur decem canes et decem equi; ita est etiam idem tempus quo numerantur omnes motus. Sed hoc improbat Commentator in 4 Phys. (text. 154); quia unitas numeri diversorum numerorum non est nisi unitas numeri mathematicae accepti. Tempus autem non est quid mathematicum, sed naturale.

Praeterea omnia mathematica multiplicantur secundum esse quod habeat in rebus, sicut non est cadem linea in cupro et ligno secundum esse; unde sequeretur quod tempus secundum esse numeraretur, et multiplicaretur ad numerum motum; et ita sequeretur quod essent plura tempora simpliciter, sed unum tantum imaginari.

Alli dixerunt, quod quia tempus est mensura variationis, et omnis variatio est ex possibility materiae, et quia materia est una; ideo dicunt tempus unum ab unitate materiae. Sed hoc non videtur verum. Tempus enim non mensurat variationem in potentia, sed variationem in actu; actus autem variationis in materia non est unus, sed plures; sed tantum prima potentia ad variationem est una: quoniam etiam hoc non sit per se notum; immo forte falsum, quod omnium mobilium sit materia una. Et praeterea tempus de necessitate, cum sit numerus, respicit aliquam multitudinem numeratarum. In materia autem prima secundum essentiam non est aliqua multitudine, sed solum secundum esse; et secundum hoc esse non est una in pluribus; unde nec tempus materiae secundum essentiam suam respondet, sed solum esse, secundum quod variatur per motum; unde ex unitate materiae nullo modo potest esse tempus unum.

Et ideo dicendum cum Commentatore, in 4 Physic. (text. 150 et 152), quod tempus est unum ab unitate motus primi mobilis: tempus enim comparatur ad istum motum non tantum ut mensura ad mensuratum, sicut ad alios motus, sed sicut accidens ad subiectum, quod ponitur in definitione ejus, ex quo habet unitatem et multitudinem. Unde primo mensuratur motus diurnus, et per illum mensurat omnes alios; sicut enim dicitur in 10 Metaph. (text. 3 et 4), unumquodque mensuratur per illud quod est primum et minimum sui generis. Et similiter dicendum est de aeo, quod est unum ab unitate esse simplicissimi aeternorum, quod est primus Angelus: quia oportet unum esse simpliciter altero, ut infra dicitur.

Ad primum ergo dicendum, quod mensura est duplex. Quaedam intrinseca, quae est in mensurato

sicut accidens in subiecto; et haec multiplicatur ad multiplicationem mensuratur; sicut plures lineae sunt quae mensurant longitudinem plurim corporum aequalium. Est etiam quedam mensura extrinseca; et hanc non est necesse multiplicari ad multiplicationem mensuratur, sed est in uno sicut in subiecto ad quod multa mensurantur, sicut multi panni mensurantur ad longitudinem unius ulnae; et hoc modo multi motus mensurantur ad numerum unius primi motus, qui numerus est tempus; et multa permanenta ad unitatem unius permanentis, quod est aevum.

Ad secundum dicendum, quod spiritualia et corporalia possunt in permanenta essendi assimilari, et secundum hoc unam mensuratur habere, quoniam in aliis multum distent.

Ad tertium dicendum, quod quamvis unus Angelus non sit causa alterius, est tamen simplicior altero; et hoc sufficit ad rationem mensurae.

Ad quartum dicendum, quod si non esset iste primus Angelus qui modo est, esset alius primus ad quem alii mensurantur; sicut si non esset hoc primum mobile, esset aliud, cuius tempus esset mensura.

Ad quintum dicendum, quod cum aevum sit participationem aeternitatis, quanto aliquid magis est in participatione aeternitatis, per prius mensuratur aeo; et ideo cum Angelus beatus magis sit in participatione aeternitatis quam ille qui per peccatum corrut, non sequitur quod Angelus beatus mensuratur ad aevum daemonis, sed e converso.

ARTICULUS III.

*Utrum duratio Angelii incepit ante mundum.
(1 p. qu. 61. art. 5; de Pot. qu. 5. art. 18.)*

Ad tertium sic proceditur. 1. Videtur quod duratio Angelii ante mundum incepit. Gregorius enim Nazianzenus (orat. 58) dixit, quod Deus primo excogitavit angelicas substantias; et excogitatio ipsius, opus ejus est, ut dicit Damascenus (lib. 2, cap. 5). Ergo videtur quod ante alias creaturas Angelus factus sit.

2. Praeterea, creatura corporalis non aquiparatur spirituali. Sed ideo dicitur Deum noluisse mundum ab aeterno facere, ne mundus sibi aquiparari videatur. Ergo videtur quod nec creaturam corporalem simul cum spirituali facere debuerit.

3. Praeterea, nullus potest habere cognitionem alieius rei fiendae, nisi praexistat aliquid ejus esse. Sed secundum Augustinum (2 lib. super Gen. ad litt. cap. 8, et lib. 3, cap. 1, et alibi), Angelus in Verbo accepit cognitionem creaturæ per Verbum fiendae, que cognitione matutina dicitur. Ergo videtur quod Angelus ante alias creaturas factus sit.

4. Praeterea, secundum aliquos, Angeli moventur caelos. Sed motor praecedit mobile. Ergo videtur quod Angelii praecesserunt caelos, et alia corpora (1).

Sed contra, quandocumque fuerint Angelii, distinxerunt ab invicem per essentiam. Sed distantia aliquorum non potest intelligi nisi loco existente; nec locus, nisi sit corpus. Ergo Angelii ante corporalia creati non sunt.

Praeterea, si Angelus ante corporalia creatus

fuit, oportet quod nunc creationis Angelii sit prius quam nunc creationis mundi. Sed ubicumque est nunc prius et posterius; ibi est tempus. Ergo oportet quod ante mundum fuerit tempus; quod est impossibile, ut videtur, quia tunc esset et motus.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod creatio rerum dependet ex voluntate Creatoris, qui tunc et non prius res creare voluit; quia quia nobis nota non est, initium creationis rerum ratione investigare non possumus, sed fide tenemus, prout nobis tradidit est per eos quibus divinam voluntatem revealatum credimus.

Sciendum est ergo, quod circa inceptionem rerum, sancti convenientes in eo quod fidei est, sciunt quod nihil est ab aeterno praeter Deum, varia, ad minus quantum ad verborum superficiem, dixisse inveniuntur in his quae de necessitate fidei non sunt, in quibus licet eis diversimodo opinari, sicut et nobis. Plures enim eorum qui Augustinum praecesserunt, ut Hieronymus, Hilarius, Gregorius Nazianzenus, videntur posuisse Angelos ante creaturam corporalem factos, et corporalem per spiritualem successive distinctam. Augustinus vero ponit corporalem simul et spiritualem creaturam factam, et corporalem simul secundum materiam et species, non tamen secundum individua, quae successione temporis generantur. Sequentes vero, ut Gregorius et Beda, concordant cum Augustino in coaevitatem corporalis et spiritualis creaturæ, et cum aliis in successione distinctionis corporum per species diversas; et ideo communiter tenetur quod Angelus non est factus ante corporalem creaturam: hoc enim probabilis videtur, tum ex parte divinæ omnipotentiae, cuius non est successive operari, tum ad excludendum errorem, ne videarentur Angelii corporalium creatorum esse. Tamen (1) alteri sententiae praecidendum non est, ut in littera dicitur: quia non est demonstratum, nec fide expressum.

Ad primum ergo dicendum, quod si diversorum dicti ad convenientiam reducere volumus, quod tamen necessarium non est, potest dici, quod auctoritates quae coeveitatem negare videntur, exponente sunt secundum ordinem dignitatis, et non durationis.

Ad secundum dicendum, quod non est simile; quia Deus praecedit creaturam non solum dignitate, sed etiam causalitate, quam ostendit mundi inchoatio: quia, ut Rabbi Moyses dicit, facilissima via ad ostendendum Deum esse, et ab ipso esse omnia, est ex suppositione novitatem mundi: et ideo statutum est in lege ut septimo die festum ducentum, in quo mundus consummatus est, ut per novitatem mundi semper in cognitione Dei permanenter. Sed spiritualis creatura excedit corporalem dignitatem, non causalitate; quae ne credi causa ejus posset, congre simili utraque facta est.

Ad tertium dicendum, quod de re jam facta potest accipi cognitionis ejus ut fiendae, si consideratur in causis suis, ex quibus processit: et sic Angelii suscepient cognitionem rerum fiendarum in Verbo, quod est aeterna operativa rerum.

Ad quartum dicendum, quod motor non necessario preceedit mobile duratione, sed dignitate, ut patet de anima et corpore.

Aliæ rationes ad oppositum sunt etiam sophisticae: quia essentia Angelii non necessario indiget

(1) Al. corpora.

(1) Al. tum

loco, nec eorum definitio est secundum ordinem vel distantiam localem, sed secundum principia essentialia. Similiter etiam alia objectio procedit de tempore imaginato: quia scilicet *nunc* imaginari ante mundum possumus, sicut etiam multas lineas extra caelum.

QUAESTIO II.

Deinde queritur de caelo empyreto, in quo Angeli facti dicuntur; de quo tria quaeruntur: 1.^o utrum sit corpus; 2.^o quale sit; 3.^o utrum influentiam habeat super alia corpora.

ARTICULUS PRIMUS.

Utrum caelum empyreum sit corpus.
(1 p., quae. 66, art. 5.)

Ad primum sic proceditur. 1. Videtur quod non sit corpus. Omne enim corpus naturale est sensibile, et praecipue sensu visus. Sed caelum empyreum non est sensibile, sed intellectuale, ut in littera dicitur. Ergo non est corpus.

2. Praeterea, caelum empyreum est locus contemplationis. Sed contemplationi non debetur locus corporalis, quae etiam existentes in corpore a corporibus abstracta: quia, secundum Augustinum (lib. 4 de Trinit., cap. 20): *quandiu aliud divinum mente percipimus, non in hoc mundo sumus.* Ergo videtur quod caelum empyreum non sit corpus.

3. Praeterea, Philosophus probat in 1 Cael. et Mund. (text. 69 et 99, 100 et plures), quod extra primum mobile non est aliud corpus, extra quod tamen quadammodo ponit vitam beatam, quam nos dicimus in caelo empyreto esse. Ergo videtur quod non sit corpus.

4. Praeterea, corporum naturas perscrutati sunt philosophi, quibus etiam Deus sua invisibilia revelavit, secundum Apostolum ad Rom. 1. Sed de caelo empyreto nullam mentionem fecerunt. Ergo non est corpus.

Sed contra, omne quod moveretur in loco est in loco: quia motus localis est primus motum, ut in 8 Physic. (text. 43) probatur. Ergo videtur quod primum mobile sit in loco. Sed locus est superficies corporis continentis. Ergo oportet quod habeat corpus continens quietum, et hoc dicimus caelum empyreum.

Praeterea, sicut dicitur in 2 Cael. et Mund. (text. 61), perfectius est quod acquirit bonitatem sine motu, quam quod per motum acquirit. Sed Dei perfecta sunt opera. Ergo oportet perfectissimum corpus esse immobile.

Praeterea, ante omne multiforme est aliud uniforme, ut in 9 Metaph. (text. 2, 3 et 4) probatur. Sed est aliud caelum disforme, quod partim est diaphanum et partim lucidum actu, ut caelum stellatum. Ergo oportet aliud esse tantum diaphanum et aliud tantum lucidum; quod etiam concludi potest ex propositione qua utitur Philosophus (in 8 Physic., text. 18 ac deinceps), quod si aliud invenitur compositum ex duobus, quorum unum inveniri per se, oportet et reliquum per se inveniri. Sed diaphanum est sicut potentia respectu lucidi. Ergo oportet primum corpus esse totum lucidum actu; et hoc dicimus caelum empyreum.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod caelum empyreum ratione investigari non potest: quia quidquid de caelis cognoscimus hoc est aut per visum aut per motum. Caelum autem empyreum nec motu subiectum nec visum, ut in littera dicitur; unde nec naturali ratione (1) sed per anoritatem est habitum: et est corpus quod princeps alter ordinatum est ut sit habitat beatorum, et hoc magis propter homines quorum etiam corpora glorificabuntur, quibus locus debetur, quam propter Angelos qui loco non indigent; et quia illa gloria excedit investigationem humanam, ideo etiam et caelum empyreum.

Ad primum ergo dicendum, quod caelum empyreum dicitur intellectuale, quia nostris visibus non subiectum, sed intellectu tantum capit, non quod in se non sit visibile.

Ad secundum dicendum, quod caelum empyreum dicitur locus contemplationis, non quantum ad necessitatem, sed quantum ad congruitatem, sicut etiam ecclesia dicitur locus orationis.

Ad tertium dicendum, quod probationes Philosophi hoc demonstrant, quod extra totum universum non sit aliud corpus, non quod extra hoc caelum non sit aliud caelum: quia in numero spharum etiam philosophi dissentire inveniuntur.

Ad quartum dicendum, quod ratio jam dicta est, quare philosophi hoc caelum non cognoverunt, quia nec motu nec visu subiectum; et tamen multa quae de istis dixerunt, non demonstrative, sed probabiliter cogoverunt; unde ipsum Philosophus testatur (in 2 Caeli et Mundi, a text. 60 usque ad 72) topica solutione se solvere quæstiones difficiles.

Aliae etiam rationes non sunt cogentes: quia ultimum caelum quod moveretur, non est in loco per se sed per accidens, ut dicit Philosophus (in 4 Physic., text. 46); ubi Commentator etiam diversas sententias philosophorum de hoc posuit: nec etiam oportet quod id quod sine motu bonitatem divinam participet sit corpus: nec iterum oportet quod multiforme reducatur ad uniforme (2) corporeum.

ARTICULUS II.

Utrum caelum empyreum sit lucidum.

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur quod caelum empyreum non sit lucidum. Quia secundum Avicennam (6 Natur., parte 5), causa luciditatis est congregatio partium diaphani, ut patet in crystallo, et hoc dicit Commentator in lib. de substantia Orbis (cap. 2). Sed caelum empyreum est subtilissimum, cum sit nobilissimum corporum, et maxime formale. Ergo caelum empyreum non est lucidum.

2. Praeterea, caelum empyreum est majus quantitate et virtute quam sol. Sed sol quando directe nobis opponitur, facit nobis diem, et a nobis videatur. Ergo cum caelum empyreum semper nobis opponatur directe, videtur quod si esset lucidum, semper nobis esset dies, et semper videremus ipsum, quod falsum est.

3. Item, videtur quod non sit immobile. Omne enim quantum habet partes distantes. Sed quod

(1) *AL. dicitur* unde nec naturali ratione.

(2) *AL. et uniforme.*

habet partes distantes, ubi est una pars eius potest esse etiam alia: ita et singulae partes eius possunt esse ubi non sunt: et quod est hujusmodi, est mobile secundum locum. Cum ergo caelum empyreum sit quantum, quia est corpus, videtur quod sit mobile.

4. Praeterea, omne corpus naturale est mobile: tum quia natura est principium motus: tum quia corpus materiale est corpus in materia; et materia et motus se consequuntur. Sed caelum empyreum est corpus naturale; alias esset mathematicum et imaginabile. Ergo caelum empyreum est mobile.

5. Item, videtur quod sit divisibile per densitatem et raritatem. Vox enim non potest formari nisi in tali corpore quod per modum istum dividitur, sicut in aere. Sed in caelo empyreto formabit vox, quia erit ibi laus vocalis, dubitatio est: quibusdam dicentibus non futuram ibi esse laudem vocalem, sed solum mentalem, quae dignior est; quia nec erit ibi respiratio; sed dum in respirantibus est vox, ut in 2 de Anima (text. 88 et 90) dicitur. Alii vero dicunt, futuram etiam ibi laudem vocalem, non propter aliquam indigentiam, sed ut nihil in sanctis vacet a divina laude, neque lingua. Quomodo autem esse possit, ita dicunt, quod scilicet in pulmone et instrumentis vocalibus est aer, et per illum aerem poterunt voces formare, sicut et animalia quae habent spiritum complantatum, ut dicitur in lib. de Somni. et Vigili. (cap. 5, post medium). Et hoc quantum ad aliud videtur esse conveniens, quia ad formationem vocis non est necessaria expulsio vel attractio aeris: unde respirando non potest animal vocem formare, ut dicitur in 2 de Anima (text. 90 et 91). Sed quo ad aliud videtur insufficiens: quia ad vocem non tantum exigitur aer interior, sed etiam exterior, cuius confractio et motu sonus deferatur. Unde plus addendum est, ut dicamus, quod quedam sensibilia deferantur ad sensum secundum esse spiritualiter tantum, sicut species colorum; quedam quae contingunt organum secundum esse suum materiale, sicut in gustu et tactu; quedam vero deferuntur utroque modo, sicut species odorum cum permixtione fumalium evaporationis; tamen species extendit ultra fumalem evaporationem. Et similiter est de sono et motu, ibi tamen species soni deferuntur secundum esse spiritualiter tantum: unde non oportebit esse motum in medio, aut confractioem; aut condensationem. Vel potest dici, quod etiam erit contractio caeli empyrei: nec hoc erit ei ignorabilis, quia erit instrumentum motum a laudem divinam; nec propter hoc sequitur quod sit generabile et corruptibile: quia raritas et densitas sunt aequivoce dicta in isto corpore et in aliis corporibus; sicut etiam ponunt astrologi inter duas spheras, quae non possunt sciendi, esse aliquod spatium repletum corpore divisibili, eum in isto spatio sit motus planetarum, secundum motum epicyclum.

Et per hoc patet responsio ad secundum.

Ad tertium dicendum, quod quanto prout quantum est, non debetur proprie locus, nec per consequens potentia ad ubi; sed prout habet determinatam naturam: unde dicitur in 1 de Gener. (text. 44), quod mathematicis similitudinarie datus est tactus et motus.

Ad quartum dicendum, quod naturale potest duplicitate sumi. Uno modo prout dividitur contra ens in anima; et sic dicitur naturale omne illud quod habet esse fixum in natura; et sic caelum empyreum et Angeli dicuntur naturalia. Alio modo dicitur naturale, secundum quod dividitur contra ens divinum, quod abstractum a materia et motu: et sic naturale dicitur illud solidum quod moveretur, et est ordinatum ad generationem et corruptionem

(1) *AL. mobile:* item in mobile, et lucidum.

in rebus: et hoc modo caelum empyreum non est ens naturale, sed divinum, quod ordinatum est ad gloriam bonorum; nec materiam habet determinatam ad motum, sed ad finem suum: quia et mathematici non abstractant ab omni materia, sed a sensibili tantum, ut in 8 Metaph. (text. 2, 5 et 13) dicitur. Unde non oportet, ubiquecumque est materia, quod sit motus; sed verum est quod in mobilibus et immobilibus est materia aequivoce.

Ad quintum dicendum, quod caelum empyreum est locus Angelorum, animalium, et hominum. Angelorum autem et animalium extur tar constat quod non erit in caelo empyreto laus vocalis; sed utrum hominum post resurrectionem futura sit ibi laus vocalis, dubitatio est: quibusdam dicentibus non futuram ibi esse laudem vocalem, sed solum mentalem, quae dignior est; quia nec erit ibi respiratio; sed dum in respirantibus est vox, ut in 2 de Anima (text. 88 et 90) dicitur. Alii vero dicunt, futuram etiam ibi laudem vocalem, non propter aliquam indigentiam, sed ut nihil in sanctis vacet a divina laude, neque lingua. Quomodo autem esse possit, ita dicunt, quod scilicet in pulmone et instrumentis vocalibus est aer, et per illum aerem poterunt voces formare, sicut et animalia quae habent spiritum complantatum, ut dicitur in lib. de Somni. et Vigili. (cap. 5, post medium). Et hoc quantum ad aliud videtur esse conveniens, quia ad formationem vocis non est necessaria expulsio vel attractio aeris: unde respirando non potest animal vocem formare, ut dicitur in 2 de Anima (text. 90 et 91). Sed quo ad aliud videtur insufficiens: quia ad vocem non tantum exigitur aer interior, sed etiam exterior, cuius confractio et motu sonus deferatur. Unde plus addendum est, ut dicamus, quod quedam sensibilia deferantur ad sensum secundum esse spiritualiter tantum, sicut species colorum; quedam quae contingunt organum secundum esse suum materiale, sicut in gustu et tactu; quedam vero deferuntur utroque modo, sicut species odorum cum permixtione fumalium evaporationis; tamen species extendit ultra fumalem evaporationem. Et similiter est de sono et motu, ibi tamen species soni deferuntur secundum esse spiritualiter tantum: unde non oportebit esse motum in medio, aut confractioem; aut condensationem. Vel potest dici, quod etiam erit contractio caeli empyrei: nec hoc erit ei ignorabilis, quia erit instrumentum motum a laudem divinam; nec propter hoc sequitur quod sit generabile et corruptibile: quia raritas et densitas sunt aequivoce dicta in isto corpore et in aliis corporibus; sicut etiam ponunt astrologi inter duas spheras, quae non possunt sciendi, esse aliquod spatium repletum corpore divisibili, eum in isto spatio sit motus planetarum, secundum motum epicyclum.

Et per hoc patet responsio ad ultimum.

Item per miraculum fieri potest quod duo corpora sint in uno loco, quod oportet esse ad minus, dum corpus gloriosum supra caelum empyreum transfertur mediante caelesti corpore, quod non scinditur. Quid autem de his verum sit, incertum est, quia nec fide determinatur, nec ratione probatur.

ARTICULUS III.

Utrum caelum empyreum habeat influentiam super alia corpora.

Ad tertium sic proceditur. 1. Videtur quod eae-
lum empyreum influentiam habeat supra alia cor-
pora. Ita enim est in aliis elementis, quod semper
continens est salvans contentum, quamvis sit con-
trarium sibi, eo quod est locus ejus, et habet se
ad ipsum sicut actus ad potentiam, et sicut totum
ad partem divisam, ut dicitur in 4. Phys. (a text.
46, usque ad 49). Sed caelum empyreum conti-
net alios caelos. Ergo multo fortius, cum non con-
trarietur eis, videtur quod influat (1) in eos conti-
nendo et salvando eos.

2. Praeterea, secundum Avicennam et alios
philosophos, sol habet effectum in istis inferioribus
per lumen suum, quod irridando emittit. Sed
caelum empyreum est totum lucidum. Ergo vide-
tur quod influentiam habeat in inferiora corpora.

3. Praeterea, in primo mobili est dextrum et
sinistrum, et alias positiones, ut in 2. Cael. et
Mun. (a text. 15 usque ad 16) determinatur. Sed
hoc non potest esse nisi per influentiam aliquius
superioris. Cum ergo nullum corpus sit superior,
nisi caelum empyreum, videtur quod influentium
eius habeat.

4. Praeterea, ad nobilorem formam est nobilior
dispositio. Sed ad formam animae vegetabilis dis-
ponit lux caeli sideri. Ergo cum anima sensibilis
sit nobilior, videtur quod ad ipsam disponat lux caeli
chryallini; ulterius ad animam rationalem lux caeli
emperie; et sic influentiam habet in inferiora.

Sed contra, status gloriae est aliis a statu ge-
nerationis et corruptionis, qui competit viae. Cae-
lum autem empyreum ordinatur ad statum gloriae.
Ergo videtur non esse ejusdem ordinis cum aliis
corporibus. Sed ea quae non sunt ejusdem ordinis
non habent influentiam ad invicem. Ergo caelum
empyreum non influit in alia corpora.

Praeterea, Angeli sunt nobiliores caelo empyp-
re. Sed Angeli non habent causalitatem super
alias res. Ergo multo minus caelum empyreum.

Sorrio. Respondeo dicendum, quod caelum
empyreum nullum habet influentiam super alia
corpora, quae rationaliter ponit possit. Non enim
ponimus aliquod corpus habere influentiam super
aliud, nisi per motum; quia, ut in lib. de Causis
(propos. 3 prope fin.) dicitur, etiam anima in
hoc ab intelligentia deficit, quia non imprimit
in re nisi movens eas; et multo minus corpus.
Nullum autem corpus moveat nisi motu, ut a
Philosophis probatum est; caelum enim per mo-
tum suum causat generationem et corruptionem
in istis inferioribus: unde dicitur in 8. Phys. (text.
1), quod motus ejus est sicut vita existentibus
omnibus. Unde dicit Rabbi Moyses, quod caelum
in universo est sicut vor in animali, cuius motus
si ad horam quiesceret, corporis vita finiretur.
Unde cum caelum empyreum ponatur immobile,
non potest rationaliter ponit influentiam super
corpora habere. Constat enim quod non habet in-
fluentiam sine motu ad modum creantis. Nec ta-
men negatur quin Deus potentiam influendi sine

motu ei conferre potuisse; sed quia hoc nec au-
toritate confirmatur nec ratione, ideo positio eo-
rum qui dieunt caelum empyreum influentiam su-
per alia corpora habere, eadem facilitate contem-
nitur qua tenetur; et praeceps eum in talibus
non queratur quid Deus per miraculum possit
facere, sed quid naturae rei conveniat, ut dicit Au-
gustinus (2 super Genes., cap. 1).

Ad primum ergo dicendum, quod corpus mo-
tum motu recto, generabile et corruptibile, indiget
loco continente et conservante; et ista virtus lo-
candi et conservandi attenditur in uno elemento-
rum respectu alterius, cum virtute caeli influentis
in elementa per motum. Corpus autem motum
circulariter, incorruptibile, non indiget ad motum
loco extrinsecus continente, nec etiam ad conserva-
tionem; et quod aliquod hujusmodi corpus ha-
beat exterioris continens, hoc est per accidens, ut
in 4. Phys. (text. 45, circa finem). Commentator
dicit: unde non dependet ab eo nisi in quantum re-
volvitur revolutione ejus. In caelo autem empyreum
non ponitur aliqua revolutione, unde non remanet
aliquis influenti modus.

Ad secundum dicendum, quod lux caeli empy-
rei, ut dictum est, non est per modum fulgoris
irradiantis in alia corpora, et ideo nec etiam il-
luminacionem influit in alia corpora: ejus ratio
est, quia cum sit virtuosissimum corporum, et maxi-
mum, sine lumine solis omnia illuminaret. Et praetera
lumen caeli non est causa effectiva in
inferioribus, nisi supposito motu, qui a caelo em-
pypre removetur.

Ad tertium dicendum, quod dextrum et sinis-
trum sicut in caelo ex virtute motoris sui, qui-
cumque sit iste, non ex influentia aliquius corporis,
sicut et in animali est ex virtute animae.

Ad quartum dicendum, quod nobilissima dis-
positio quae unquam potest esse in corpore ad
formam, est infra nobilitatem caeli: unde eadem
virtus caelestis est per quam corpus disponitur ad
formam elementi et mixti, et animae vegetabilis,
sensibilis, rationalis: nec oportet, si hoc caelum
disponit ad animam vegetabilem, quod non possit
di-ponere ad animam sensibilem, nisi probeatur
quod ex hoc esset ultimum virtutis ejus; quod
falsum est. Unde patet quod ista positio fundatur
super tria falsa. Primum est quod dispositio quae
est in corpore humano ad animam, non possit
esse ex virtute solis. Secundum est quod lux sit
corpus materialiter veniens in compositionem ani-
mati. Tertium est quod sit per medium inter ani-
mam et corpus; quae sunt absurdia apud omnes
qui rationaliter locuti sunt; et ideo uno inconve-
nienti dato, alia contingunt; et hoc non est mirum.

Expositio textus.

*Quantas prius aternitates fuisse arbitrandum
est?* Videtur falsum dicere, quia aternitas est tan-
tum una. Praeterea. In quo differt saeculum, tem-
pus, et aternitas?

Ad hoc dicendum, quod in Angelo est tria con-
siderare: scilicet esse ejus, cuius mensura dicitur
saeculum; quia, ut dicitur in primo Cael. et Mun.
(text. 400), saeculum dicitur finis uniuscunq[ue].
Secundo operationem ipsius, in qua res in pro-
pria natura cognoscitur per species inuitas, in qua
est vicissitudo et aliquis modus motus; et sic men-

(1) *Ait*, non influat.

suratur tempore, quod tamen est aliud ab eo quod
est numerus motus caeli. Tertio operationem qua
Verbum intetur: et sic sit in participatione aeterni-
tatis et beatitudinis; et secundum quod sunt mul-
tae beatitudines participatae, ita et aeternitates:
quamvis beatitudo essentialiter sit tantum una.

Sed ibi caelum vocat Dei celsitudinem. Hoc
caelum non est corpus, quia caelum sanctae Tri-
nitatis dicitur esse idem quod essentia maiestatis
ejus: in quo caelo nulla creatura potest esse, sicut
nec aequari Deo; sed tantum tres coeternae et
coaequales in eo sunt personae.

DISTINCTIO III.

*Quales facti fuerint Angeli,
et quod quatuor eis attributa sunt in ipso initio sue conditionis.*

Ecce ostensum est, ubi fuerint Angeli mox at creati sunt;
num consequens est investigare quales facti fuerint in ipso
primordio sua conditionis. Et quatuor quidem Angelis videtur
esse attributa in initio substantiae sue, scilicet essentia
simplex, id est indivisibilis et immaterialis; et discretio perso-
nalium; et per rationem naturaliter insitam intelligentia, memoria
et voluntas, sive dilectio; liberum quoque arbitrium, id est
libera inclinanda voluntatis sive ad bonum sive ad malum
facultas: poterat enim per liberum arbitrium sive voluntate
et coactione ad utrumlibet propria voluntate deflecti.

*An omnes facerunt aequales Angeli in tribus,
seculis in essentia, in sapientia, in libertate arbitrii.*

Hie considerandum est, utrum in substantia spirituali et
sapiencia rationali, id est intellectus, et libertate arbitrii, que-
onibus merant, omnes aequales fuerint; ut sit prima consideratio
de substantia, secunda de forma, tercia de potestate. Persona quippe substantia est, sapientia forma, arbitrium
potestas et ad substantiam quidem pertinet natura substantia,
ad formam vero intelligentia perspicacias, et ad potesta-
tem voluntatis rationalis habilitas.

Hic dicit, quod differentes fuerint in illis.

Illa igitur essentia rationales, que personae erant, et
spiritus erant, naturae simplices, ac vita immortales, dif-
ferentes esse tenetatem et differentem sapientiae perspi-
caciatem, atque differentem arbitrii libertatem, et habilitatem (1)
recte habuisse intelliguntur; sicut in corporibus nonnulla dif-
ferentia est secundum essentiam ac formam et pondus: quae-
dam enim sili meliorem et dignorem essentiam et formam
habent, et alia sili leviora atque agiliora sunt. Ad hunc ergo
modum credendum est illis spiritibus naturas convenientes
sunt puritas et excellentias et in essentia et in forma et in
facultate differentes accepisse in exordio sue conditionis,
quibus ali superioris, ali inferioris, Dei sapientia constitue-
rentur, alia majora, aliis minora dona praedita; ut qui tunc
per naturalia bona aliis excellebant, ipsi etiam post per mu-
nera gratiae eidem praecessent. Qui enim natura magis sub-
tilis et sapientia amplius perspicaces erant, hi etiam majoribus
gratiae munieribus praediti sunt, et dignitate excellen-
tiores alii constiterunt; qui vero natura minus subtile, et
sapientia minus perspicaces conditi sunt, minora gratiae dona
habuerunt, inferiorisque constituti sunt sapientia Dei, aequo
moderamine cuncta ordinantis.

*Secundum quid consideranda est differentia facultatis arbitrii,
quod nec minor tenuitas naturae infirmitatem, nec minor
excellit sapientiae ignorantiam, nec inferior libertas ne-
cessitatim induit.*

In ipsa facultate arbitrii differentia animadverteenda est,
secundum differentiam naturae virtutem, et differentem cogni-
tionis et intelligentiae vim. Et siest differentis vigor et subtili-
tas naturae infirmitatem non adducit, minorque cognitio
sapientiae ignorantiam non ingreditur; sic libertas inferior nullam
arbitrio necessitatibus voluntatem impunit.

Quae communia et aequalia haberunt Angeli.

Et (2) siest in praedictis Angeli differant, ita et qua-
dam communia et aequalia habent. Quod spiritus erant,

(1) *Ait*, arbitrii habilitatem.

(2) *Ait*, At.

S. Th. Opera omnia. V. 6.

quod indissolubiles et immortales erant, commune omnibus
et aequale erat. In subtilitate vero essentiae, et intelligentia
sapientiae, et libertate voluntatis differentes erant. Has discre-
tiones intelligibles invisibilium naturarum, ille solus compre-
hendere potuit et ponderare qui caneta lech in pondere,
numero, et mensura (Sap. 11).

An boni, vel mali, justi vel injusti, creati sunt Angel;
et an aliqua mors fuerit inter creationem et lapsum.

Illi quoque investigatione dignum videtur, quod et a
pluribus quaque solet, utrum boni vel mali, justi vel injusti
creati sunt Angel; et an aliqua mors fuerit inter creationem
et lapsum, vel sine mors in ipso creationis exordio occidenter.

*Opinio quorundam dicentium, Angelos in malitia creatos,
et sine omni mors corruiisse.*

Putaverunt enim quidam Angelos qui occidenter, creatos
esse malos, et non libero arbitrio in malitiam degrediisse, sed
in malitia a Deo factos esse; nec aliquam fuisse morsam inter
creationem et lapsum, sed ab initio apostasse; alius vero
propositus fuisse plene beatos qui opinionem suam munivit
auctoritate Augustini super Genesim (lib. 11, cap. 16), ita
dicunt: « Non frustra putari potest, ab initio temporis di-
e bolum occidisse, nec cum sancta Angelis pugnat ali-
quando vivisse et beatum, sed mox apostasse. Unde
Dominus ait (Joan. 8, 44): Illi homocida erat ab initio, et
in veritate non stetit; ut intelligamus, quia in veritate non
stetit ex quo creatus est; qui stare, si stare voluisse. » Idem
in eodem lib. (cap. 19): « Non frustra, inquit, pu-
tandum est ab ipso initio temporis vel conditionis suae
diabolum occidisse, et numquam in veritate stetisse. Unde
quidam in hanc malitiam libero arbitrio non esse flexum,
sed in hac, quamvis a Deo, putant esse creatum, secundum
illud beati Job (cap. 40, 14): Hoc 1 est, inquit, initium
figmenti Dei, quod fecit Deus, ut illudatur ei ab Angelis
eius; et Propheta ait (Psalm. 105, 26): Diabolus iste quem
ad illudendum oportet; tamquam prima factus sit malus
et invidus diabolus, non voluntate depravatus. » His aliis
testimonioz attingunt, qui dicunt, Angelos qui occidenter,
creatos fuisse malos, et sine mors corruiisse. Eos vero qui
persistentes, perfectos et beatos esse creatos, asturant auctoritate
Augustini, qui super Genesim (lib. 1, cap. 1, et passim)
dicit, per eum significari creaturam spiritualem, quae ab
exordio quo facta est, et perfecta et beatia est semper.

*Aliorum sententia probabilis, qui dicunt, omnes Angelos
creatos esse bonos, et aliquam fuisse mortalum inter crea-
tionem et casum.*

Aliis autem videtur omnes Angelos creatos esse bonos, et
ipsorum creationis primordio bonos extitisse, id est sine vita; justus-
que fuisse, id est innocentes, sed non justos, id est virtutem
exercitum habentes. Nondum enim praediti erant virtutibus,
quae sanctibus apposita fuerunt in confirmatione per gratiam.
Alii vero per liberum arbitrium superercentibus, et ideo ca-
dentiibus, aliquip etiam fuisse mortalum, agunt, inter crea-
tionem et lapsum, vel confirmationem; et in illa brevitate tem-
poris omnes boni erant, non quidem per usum liberum arbitrii,
sed per creationis beneficium; et tales erant qui stare poterant,
id est non cadere per bona creationis, et cadere per liberum arbitrii.
Poterant enim peccare et non peccare; sed non poterant
prolificare ad meritum vitae, nisi gratia superadderet: quae

(1) *Justa Septuaginta, ut nota Nicolai, ubi Vulgata legit:*
« Ipse est principium viarum Dei, qui fecit eum, applicabit
et gloriam eius. Huic monte herbas ferunt: omnes bestie
agri iudeant ibi. »